



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XXXIX. Vt diaconus, iubente presbytero, sedeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

XXXVI.

Distinct. 95.
Presbyteri
qui per.

Presbyteri, qui per diœceses ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis, sed a suis; nec per iuniorum clericum, sed aut per seipsum, aut per illum qui sacrarium tenet, ante Paschæ solennitatem chrisma petant.

XXXVII.

Distinct. 95.
Diacon. ita
se.

Diaconus ita se presbyteri, ut episcopi ministrum nouerit.

XXXVIII.

Ibidem.

Vt diaconus, præsentem presbytero, eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget.

XXXIX.

Ibidem.

Vt diaconus quolibet loco, iubente presbytero, sedeat.

XL.

Ibidem.

Vt diaconus in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur.

XLI.

Ibidem.

Vt diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis, alba utatur.

XLII.

Clericum inter tentationes officio suo incumbentem, gradibus sublimandum.

XLIII.

Christianum catholicum, qui pro catholica fide, & pro ecclesiastica re, & Christiana religione tribulationes patitur, honore omni a sacerdotibus honorandum. Etiam & per diaconum ei victus administretur.